



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

18. Motu proprio &c. Gratiae & Privilegia Conclavistis postremi concessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

terit; secundo, nullus Priorum, & Superiorum potest esse Definitor; tertio debent esse absoluti à studiis Philosophiæ & Theologiæ cum attestazione suorum respectivè Lectorum, exceptis iis, qui fuerunt in Officiis Generalibus.

Facta collatione cum originali asservato in Archivio Romano Jesu Mariæ, concordat de verbo ad verbum, in quorum fidem &c.

Datum in eodem Conventu die 8. Maji Anno 1692.

Frater SIMPLICIANUS à S. Dorothea
Vicarius Generalis.

Loco † Sigilli.

E. LAURENTIUS à S. Francisco
Sec. Cap. Gen.

XVIII. Gratia & Privilegia Conclavistis postremi Conclavis concessa.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Urbis.

Donatio
seutorum
decemmil-
lium auri.

§. 1. **M**Otu proprio &c. Nos volentes Dilectos Filios Conclavistas, qui Conclavi, in quo Nos Divinâ favente clementiâ ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus Nostriis S. R. E. Cardinalibus, uti Familiares continui Commensales inservientes interfuerunt, quique eâ de causâ labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habitâ ratione obsequiorum hujusmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cuiusque meritis exornare ipsosque Conclavistas, quibus hodie, ac aliis participantibus descriptis in rolo, seu divisione subscripto, seu subscripta per Dilectum etiam Filium Nostrum Bandinum Tituli S. Thomæ in Parione nuncupat. Presbyterum Card. Panciatium nuncupatum Prodatarium Nost. summam decem millium scutorum auri in auro stamparum ex pretio tot officiorum vacabilium ad Nos spectantium gratiose donavimus, in veros, indubitatos, & non fictos Familiares, & continuos Commensales Nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seu militiæ Clericali adscribi desiderant, quosque tres præfatæ S. R. E. Cardinales singulim in quolibet Ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios, sine tamen præjudicio Dilectorum Filiorum de numero participantium Notariorum recipimus, & tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui singulim ab iisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint Sacri Palatii, & Aulæ Lateranensis Comites, & Milites, & tam illos quam omnes etiam quoscunque alios Conclavistas indistinctè, qui Nobiles non sunt, Nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporali Dominio eidem S. R. E. mediâtè, vel immediâtè subiectis Cives esse voluerint, singulos in eâ ipsâ Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & sine ulla proorsus differentiâ inter eos, & singulos alios veros originarios, & antiquissimos etiam Nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, ita ut ipsum Jus Civilitatis ad quoscunque illorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis

Receptio
in familia-
res.

In Nota-
rios.

Electio
Civitatis.

Etiâ pro
hæredibus

titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum Commensalium Nobis actu in Palatio Nostro Apostolico inservientium, ac in illius Tinello comedentium, & bibentium, ac Nostrorum, & Sedis præfatæ Notariorum Palatii, & Aulæ prædictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, & indubitatis, non fictis familiaribus, continuis Commensalibus, ac Notariis Nostriis, Comitibus, Nobilibus, Militibus, & Civibus deinceps haberi volumus, & reputari mandamus, eisque ut in quibuscunque impetrationibus, concessionibus, & Litteris, tam gratiam, quam justiciam separatim, seu utramque mixtim concernentibus, se familiares, continuos Commensales, Nostrosque Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominare possint, nec propterea impetrationes, concessionibus, & Litteræ hujusmodi subreptionis vitio subiaceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscunque, ac prorsus similibus antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, Decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac Juribus, quibus alii Nostri familiares tempore dictæ assumptionis Nostre ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum, & Rocchetti Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ præfatorum Comites, Milites, Nobiles etiam originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam ut præfertur elegerint, quique ex utroque Parente verè Nobili, & Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, Statuto, consuetudine, vel aliâ ex aliquo speciali privilegio, seu aliâ quomodolibet etiam, quoad allocationem quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per quascunque Litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter, & integrè in omnibus, & per omnia, etiamsi in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde, ac si de verè nobili genere, & ex utroque parente Nobili originario, ac antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessionibus, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, Statuto, consuetudine, fundatione, vel aliâ competere, auctoritate, & tenore similibus indulgemus.

Exemptio
ab habita-
tione in
Civitate.

§. 2. Ac Conclavistas præfatos à solutione, & exactiōe quarumcunque decimarum, non tamen decimarum per fel. record. Innocentium PP. XI. Prædecessorem Nostrum impositarum quarto Kal. Octobris Pontificatus sui anno septimo, & per eundem extensarum, seu indistinctarum ad aliud triennium per Litteras in forma Brevis sub die vigesima quinta Novembris anno millesimo sexcentesimo octuagesimo octavo Pontificatus sui anno tertio decimo, nec non aliarum decimarum, subsidiorum, & onerum in subsidium expeditionis contra Turcas, & orthodoxæ fidei hostes impositarum, & impositorum, & cuiuscunque pedaggi, subsidii, gabelle, & cuiuscunque oneris ordinarii, & extraordinarii ubique locorum, & ex quacunque, quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, &

Agabellis,
& decimis
aliisque
oneribus,
exceptis
Decimis
ab Inno-
centio XI.
impositis
in subsidium
expeditionis
contra
Turcas.

occasione etiam, ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum etiam Venetiarum, & aliorum quorumcunque Principum impositum, & imponendum pro tempore ex nunc, prout ex tunc, & contra, & postquam casus huiusmodi impositionis, & solutionis evenit, liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse decernimus; districtius inhibentes Dilectis Filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusdem S.R.E. Camerario, Thesaurario, Præfidentibus, Clericis, ac quibuscunque aliis Officialibus Camere Nostre Apostolicæ, ac Exactoribus decimarum, præterquam per dictum Innocentium Prædecessorem, ut præfertur, impositarum, pedagiorum, subsidii, gabellarum, & etiam præterquam per dictum Innocentium Prædecessorem, ut præfertur impositorum onerum huiusmodi, ac aliis personis, cujuscunque Ecclesiasticæ, vel Secularis Dignitatis, Status, Gradus, Ordinis, & conditionis existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super præmissis, eorumque usu, possessione, vel quasi directè, vel indirectè quovis quæsto colore, vel ingenio molestare, vel aliis quomodolibet impedire quoquomodo præsumant.

§. 3. Nec non eisdem Conclavistis, quod bona quæcumque ad ipsos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcunque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum curâ, & sine curâ Secularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum, atque Hospitalium quorumcunque Regularium, nec non Canoniarum & Præbendarum, ac Dignitatum quorumlibet per eos aliis obtentorum, & obtinendorum, aut aliis quomodolibet, & quovis quæsto colore, vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, & aliis licite acquisita, & acquirenda, etiam in dicta Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia, spoliis minimè subiaceant, sed Conclavistæ præfati, etiam si Religioni alicujus Militiæ, non tamen S. Joannis Hierosolymitani, adscripti, & in ea expressè professi fuerint, de illis in favorem quorumcunque Personarum, de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumque loco, quantumvis remoto, etiam extra eorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, vel aliis disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicunque succedere liberè, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus, præcipientes, & mandantes eisdem præfatis S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præfidentibus Clericis, & quibuscunque aliis spoliis huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum, non tamen dicti Sancti Joannis Hierosolymitani prædictarum Receptoribus, Officialibus, aut Prioribus, & quibuscunque aliis Personis, tam Secularibus, quam Regularibus, etiam cujuscunque Militiæ, & cujuscunque gradus, status, ordinis, & præminentiae, etiam si speciali nota digni existant, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant: ac etiam decernentes donationes etiam per viam Testamenti, & Codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis huiusmodi faciendas semper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

§. 4. Ac cum eisdem Conclavistis, etiam in Militia Sancti Joannis Hierosolymitani, & in quavis alia Militia expressè professis, quod ratione quorumcunque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet super quorumvis Beneficiorum Ecclesiasticorum, & etiam Menfarum Episcopali, Archiepiscopali, Abbatiali, nec non Dignitatum quorumcunque, ac Monasteriorum, etiam per ejusdem S. R. E. Cardinales ad præsens obtentorum, & imposterum quomodolibet obtinendorum fructibus &c. ac etiam distributionibus quotidianis, non tamen ultra summam 200. ducatorum auri de Camera, pro quolibet eorum nunc, & pro tempore reservatarum, & assignatarum, ac reservandarum,

& assignandarum habitum, & tonsuram Clericales gestare, & in illis, dummodo alias ipsi habitum decentem, & honestum, ac per Milites præfatos gestari solitum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam desuper cogi, seu compelli minuscule aliquas sententias, centuras, nec etiam privationis, seu cessionis ipsarum pensionum poenas occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones usque ad præfatam summam 200. ducatorum huiusmodi ascendentes, & reservatas, & imposterum reservandas, ut præfertur, etiam si matrimonium quoad Milites alicujus Militiæ, videlicet cum Militia compatibile jam contraxerint, vel posthac contrahere voluerint cum unica, & virgine tantum recipere, & quoad vixerint, & quilibet eorum respectivè vixerit, retinere liberè, & licite valeant, de speciali dono gratiæ dispensamus.

§. 5. Et insuper Conclavistis præfatis, & eorum singulis, ut quicunque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu duarum insignium Urbis Collegiatarum Ecclesiarum, aut Personæ aliæ quæcunque Ecclesiasticæ in Dignitate Ecclesiasticâ constitutæ tam in Romanâ Curia, quam extrâ eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ quæcunque pensiones annuas, eis, & eorum singulis suis quibuscunque fructibus & juribus, obventionibus, & emolumentis universis, certis, & incertis quorumcunque Menfarum Episcopali, Archiepiscopali, & Abbatiali, ac etiam distributionibus quotidianis, etiam ratione servitii, & mercedis Dignitatum, Canoniarum, & Præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcunque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura Secularium, & quorumvis Ordinum Regularium, non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum reservatas, seu reservandas, seu fructus &c. huiusmodi Beneficiorum reservatos & reservandos etiam si semel, vel pluries translati fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus &c. huiusmodi usque ad summam præfatam centum ducatorum, uni, vel pluribus aliis Personis Ecclesiasticis, vel etiam Clericali caractere tunc temporis nondum insignitis, cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto caractere ritè insigniti fuerint, seu aliis pensionum, seu fructuum huiusmodi capacibus per eisdem Conclavistas, & illorum singulos nominandos, etiam quæcunque, quotecunque, & qualicumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & formâ, quibus eisdem Conclavistis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque Beneficiis huiusmodi obtinentium consensu integrè perfolvendas, & per eos propriâ auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendos, exigendos, & levandos reservare, constituere, concedere, & assignare possint, ita ut præfati translatarii, in quasi possessione, pensiones, seu fructus &c. huiusmodi exigendi, in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existerent, in omnibus, & per omnia surrogati esse censentur, concedimus, & indulgemus, etiam si similem gratiam à Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostriis aliàs forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum privilegiorum Conclavistarum, quam etiam quocumque alio indulto, & privilegio; quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impedire nolumus, sed cumulative concessam, & concessasse volumus, ita ut quilibet eorum cumulative, & ampliatively præfatis facultatibus præsentibus, & præteritis privilegiis, hac in re concessis uti, frui, & potiri possint. Decernentes novas reservationes, concessionem assignationes, & translationes pensionum, ac fructuum &c. huiusmodi

Exemptio à Spoliis cum facultatibus testandi, exceptis Equitibus Sancti Jo. Hierosolymitani.

Facultas Equitibus cujuscunque Militiæ retinendi pensiones ad summam ducatorum 200.

Facultas transcendendi pensiones usque ad summam 100. ducatorum.

Ampliatio in non Clericos.

Cumulativa similium gratiarum.

Concessio
Antianita-
tis Equiti-
bus.

jusmodi, ut præfertur, faciendas ex nunc, prout postquam factæ fuerint, plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficia, super quorum fructibus &c. aliisque hujusmodi reservatæ fuerint, obtinentes ad illas perfolvendas efficaciter obligatos fore. Necnon Conclavistis præfatis, qui S. Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius Militiæ regularis etiam expressè professi sunt, ut etiam ab eorum Conventu absentes existant, dum tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in Conventu fecerint, & consueta servitia præstiterint, quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, ac quarumvis pensionum, & commendarum eorum Militiæ, seu Religionis capaces existant perinde, ac si in eadem Militia, seu Religione antianitatem de iustitia consecuti fuissent, similiter indulgemus.

Legitima-
tio supra-
dictorum.

§. 6. Præterea eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiantur: ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex Nobilibus Parentibus, & viribus feminis procreati existant, etiam si aliis legitimati existant, legitimamus. omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, & cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, ac aliorum Consanguineorum, seu Cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommissio, seu aliis de jure validâ dispositione, & præterquam in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesiâ provenientes succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere: ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato, hæreditates, legata, libertates, restituendo realiter, & cum effectu, ac ad Dignitates, honores, & quæcumque alia officia secularia, publica, vel privata, etiam allumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud Canonicum eis non obsistat impedimentum, ut Clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, ac ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, si nondum ad illos promoti sint promoveri, ac postmodum caractere, & Ordinibus hujusmodi, ac illorum privilegiis uti, ac in eisdem Ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, & quæcumque, & qualiacumque cum curâ, & sine curâ Beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates, non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, & instituuntur in eisdem, recipere, & dummodo plura simul non sint quam quæ à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint retinere liberè & licitè valeant, similiter dispensamus.

Sanatio
defectuum
provisio-
num.

§. 7. Ac omnes, & quoscumque defectus si qui forsan sint in omnibus, & quibuscumque provisionibus, ac permutationibus Beneficiorum quorumcumque eorundem Conclavistarum, tam ob multiplicatam titulorum, ac ob incursum quorumcumque censurarum, etiam irregularitatis, & similiter in expeditionibus Litterarum Apostolicarum super illis, quam alias ex quavis causa provenientes quoad præteritum tantum, ac sine præjudicio Juris alicui quæsi, & dummodo non intercesserint Simoniacæ labe, nec aliquis desuper pendeat, sanamus, ac provisiones hujusmodi vigore præsentium in utroque Foro, perinde ac si novas provisiones obtinuissent, revalidamus, & quatenus opus sit omnibus, & singulis eorum de omnibus, & singulis Dignitatibus, & aliis cum curâ, & sine curâ Beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncu-

patis, etiam cujusvis Ordinis Regularibus per eos respectivè obtentis, de novo etiam respectivè provideamus, ac omnes, & singulas pensiones eis, & eorum singulis super quorumvis Beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum, etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus &c. ac etiam distributionibus quotidianis respectivè reservatas similiter de novo reservamus.

§. 8. Ipsisque Conclavistis, eorumque singulis quoscumque fructus &c. Ecclesiasticos occasione quarumcumque Dignitatum, Canonicatum, & Præbendarum aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, ac quarumcumque pensionum annuarum ipsis, & eorum cuilibet respectivè collatorum, & reservatarum tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occasionibus, etiam ratione omissionis recitationis horarum Canoniarum, vel eorum non promotionis ad omnes etiam Sacros Presbyteratus Ordines, vel non susceptionis Gradus Doctoratus, indebitè perceptos cujuscumque quantitatis fuerint gratiosè remittimus, & condonamus.

§. 9. Ac cum eis super inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris hujusmodi ligati Missas, & aliâ Divina Officia, dummodo tamen non in contemptum clavium, celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint, quodque illâ, & præmissis eisdem non obstantibus ad omnes etiam Sanctos, & Presbyteratus Ordines alias ritè, & dummodo nullum aliud alicui obster canonicum impedimentum, promoveri, & in illis, & in susceptis per eos alias ritè Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare liberè, & licitè valeant, dispensamus.

§. 10. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, Commendæ, & quævis aliæ Litteræ Apostolicæ provisionum quorumcumque Beneficiorum hujusmodi, prout Nostri familiaribus continuis Commensalibus eisdem Conclavistis, & eorum cuilibet gratis dentur, concedantur, & expendantur, ac etiam Litteræ ipsæ in formâ Brevis, tam de capiendâ possessione nomine dictæ Cameræ Apostolicæ, quam alias, uti illis super provisionibus quorumvis Beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, & expendantur, ac dari, concedi, & expediri omnino debeant, etiam præcipimus & mandamus.

§. 11. Ac eisdem Conclavistis, & eorum cuilibet, ut alia similia, vel dissimilia Indulta, privilegia, facultates, & gratias hæcenus eis; & eorum cuilibet per Nos, & Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, & Sedem præfatam concessa in suo robore, & firmitate cum præsentibus stare, ac quorum omnium & singulorum tenores, perinde ac si de verbo ad verbum inferri forent, præsentibus haberi volumus pro expressis, quam imposterum concedenda specialia, vel generalia, quibus per præsentibus, ac præsentibus, per illa minime in aliquo præjudicare intendimus, ita ut quocumque, & qualiacumque fuerint, unum alteri derogare non censeantur, sed eos, & eorum quemlibet illis simul, ac cum præsentibus prædictis cumulativè, vel singulariter, prout eisdem Conclavistis, & eorum cuilibet magis expediens videbitur, frui, & gaudere posse decernimus, dummodo tamen præsentibus non adveniant, similiter concedimus, & indulgemus.

§. 12. Postremò eosdem Conclavistas eorumvè aliquem ad præsentem motum proprium seu Litteras super præsentibus si videbitur conficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum minime teneri, nec illum seu illas, etiam si motus proprius, & Litteræ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admittus, & registratus non fuerit, seu illæ insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validum, seu validas censi, sed suos plenarios effe-

Remissio
fructuum
malè per-
ceptorum.Absolutio
ab irregu-
laritate.Expositio
Litterarum Apo-
stolicarum
gratis.Confirmatio
aliorum
similium,
vel dissimi-
lium Privi-
legiorum.Exemptio
ab insinua-
tione in
Camera.

etus fortiri debere, ac motum proprium, & Litteras huiusmodi, & in eis contenta quaecunque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, Decretis, & Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocationis, vel quae eas limitarent, vel moderarentur, quae à Nobis, & dicta Sede, & pro tempore, & ex quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in favorem Fidei, & Divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate hactenus, vel imposterum emanaverint, comprehensum, vel comprehensas esse, sed quoties illae emanabunt, toties eum, & eas in pristinum statum restitutum, repositum, & reintegratum, seu relicitas, repositas, & reintegratas esse censei.

Comprehensio
Procuratoris in
Privilegiis

§. 23. Et insuper cum Dilectus Filius Antonius de Floré Clericus Neocastrensis Civitatis, vel Dioc. J. U. Doctor, ac Collegii eorumdem Clericorum Cam. Apost. Secretarius, & minorum servitorum Generalis Collector, tanquam dictorum Conclavistarum Procurator, in praemissis sedulam pro eis operam navaverit, propterea, & aliorum meritorum suorum, & obsequiorum Nobis, & dictae Sedis impensorum intuitu volentes ipsum specialibus favoribus, & gratis prosequi, eidem Antonio, licet ipse in Conclavi praedicto non intervenerit, nihilominus omnibus, & singulis supradictis gratis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prerogativis, praeminentiis, indultis, exemptionibus, caeterisque praemissis, non tamen, quoad participationem decem millium scutorum auri huiusmodi per Nos, ut supra dictis Conclavistis, donatorum, & inter eos ut praefertur distributorum, seu distribuendorum, tanquam Conclavistae fui, & gaudere libere, & licite possit, & valeat, perinde ac si Conclavi huiusmodi verè, & realiter interfuisset; Constitutionibus, & ordinationibus caeterisque supradictis, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, motu, scientia, auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus, sicque per quoscunque Iudices etiam Commisarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet in quavis causa aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & dehniti debere; irritumque &c. attentari.

Expediit
gratiola &
per viam
secretam.

§. 14. Et insuper Dilecto Filio Nostro Petro S. Laurentii in Damaso nuncupati Diac. Card. Ottobono nuncupato ejusdem S. R. E. Vicecancellario, & Litterarum Apost. Summatori, ac Dilectis Filiis Camerae Apostolicae Ministris loco Secretariorum Apostolicorum suppressorum Praesidenti Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos Litterarum praefatarum desuper sciendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat, & pertinet, sub poena indignationis Nostrae motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine paribus etiam mandamus, ut praefatas Litteras super praedictis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam separatim pro singulis quibus concessa fuerunt, ac seorsim, & separatim cum omnibus, & quibuscunque derogationibus, Decretis, & clausulis in eis concessis gratis, etiam quoad compositionem in Dataria Nostra, & per eandem viam secretam absque alio mandato expediant, & expediri faciant; insuper omnia & singula privilegia, gratias, & concessionem eidem Conclavistis, & eorum cuilibet à diversis Summis Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris huc usque concessa, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissime concedimus.

Derogationes.

§. 15. Non obstantibus praemissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam ad illum non sit devenit, ac Nostrae, & Cancellariae Apostolicae regulae de praestando consensu in Pensionibus, & fel. record. Pii PP. IV. de similibus, & dissimilibus gratis in dicta Camera infra tres menses praesentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum con-

tra illegitimos, nec non Pictaviensis Concilii, ac Nostris, & Cancellariae praefatae regulis, etiam in crastinum dictae assumptionis Nostrae ad Summi Apostolatus apicem editis, & in praedicta Cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, & provincialibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romae, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & terrarum Camerae praedictae, & quarumvis Universitatum, etiam juramento &c. roboratis Statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, decretis & novis reformationibus etiam, legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac Sacris Canonibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, illis eorumque Superioribus, & personis, ac locis quibuscunque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogationum derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam vim contractus, & Statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, innovatis Juribus omnibus. Quibus omnibus &c. etiam de illis &c. eorumque tenores &c. illis alias &c. permanentis, hac vice dumtaxat, & expresse motu pari derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio A.

§. 16. **E**T cum absolutione à censuris ad effectum &c. Et quod obstantiae etiam beneficiales Conclavistarum, & ab eis subrogatae huiusmodi, & dispensationes, ac Indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in Litteris, & in casibus regulae de infortescen-
tibus cum opportuna illius, nec non alterius regulae de non tollendo jure quaesito derogatione, & quarumcunque aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum etiam generalium, & Statutorum, & stabilimentorum, usuum, naturarum, constitutionum Synodali, Statutorum, & privilegiorum Populi Romani, & Cluniacensis, Cisterciensis, Sancti Benedicti, Sancti Augustini, & aliorum Ordinum, & Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, & Ecclesiis, & Monasteriis, Civitatibus, & locis, & personis, & dominiis temporalibus sub quibuscunque verborum formis, & cum quibusvis efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam Consistorialibus, etiam contra alienigenas, & alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores &c. latissime, ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit exprimi possint, etiam cum suspensione quarumcunque gratiarum, indultorum quibusvis ordinariis Collatoribus conferendi beneficia Ecclesiastica, etiam reservata ad eorum collationem &c. pertinentia, in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissime extendendis, ita ut omnia tollantur, & quod sola praesentis motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra: Regulam contrariam obstantem. Et quod praemissorum omnium, & singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in Litteris, si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, gradus, Dioceses, Patria, & caetera requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint inter eos Sacrista, & Magister Ceremoniarum Capellae Nostrae, nec non Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium. & caeteri alii in notula per ipsos Magistros Ceremoniarum facta, & descripta adnotari, & descripti. Si alias

Clausulae
extendibiles.

ad pensiones, & Beneficia hujusmodi habiles, & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur, simul, vel ad partem, etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expediens.

S. 17. Volumus autem, quòd Litterarum super præsentiibus conficiendarum, seu præsentiis motus proprii transumptis impressis, & sigillo, ac manu alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & etiam subscriptis, eadem fides, tam in iudicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ originalibus Litteris, seu præsenti motu proprio originali adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus, vel ostensus foret. FIAT A.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Idibus Julii anno primo.

*Registrata libro primo Secretorum fol. 55.
Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt
hec, quæ sequuntur.*

Reverendissimus D. F. Joseph. Eufanius Aquilanus Episcopus Porphyriensis Sacrista.

Abbas Petrus Sanctes de Fantibus Presbyter Camerinus.

Abbas Dominicus Cappellus Presbyter Asculanus Canonicus Insignis Basilicæ S. Mariæ Translyberim.

Candidus Cassina Presbyter Novocomensis Canonicus prædictæ Insignis Basilicæ S. Mariæ Translyberim.

Justinianus Chiapponius de Rossena Presbyter Regiensis, perpetuus Clericus Beneficiatus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe.

Bernardinus Portus Presbyter Bononiensis, perpetuus Beneficiatus Basilicæ Lateranensis, Magistri Cereemoniarum.

Abbas Guido Passioneus Clericus Forosempronensis S. Collegii Secretarius.

Faustinus Crispoldus Clericus Perusinus.

Abbas Joannes de Camporealibus Presbyter Interamnenis.

Joannes Franciscus Agliandus de Saviliano Laicus Taurinen. Diocesis. Nostri dum Cardinalatus honore fungebamur.

Marchio Claudius Pallavicinus Clericus Parmensis. Joannes Nifez Clericus Durbutenis Leodien Diocesis.

Joannes Baptista Mazzarinus Clericus Ariminensis. Alderani Ostien. Cybo.

Joannes Mancinus Presbyter à Palumbaria Sabinen. Diocesis, perpetuus Beneficiatus Basilicæ Lateranensis.

Augustinus Lottus Laicus Romanus.

Dominicus Archangeli Clericus Senensis. Flavii Portuen. Chisii.

Comes Raymundus Ranutius de Marfiano Clericus Urbevetanus.

Thomas Hiacyntus Sangiorgius Presbyter è Saxoferrato Nucerinæ Diocesis.

Nicolaus Carpius Laicus Januensis.

Jacobi Tusculani Franconi.

Fr. Ugo Ferretus Ord. S. Joannis Hierosolymitani Anconitanus.

Pomponius Lenzi Presbyter Maceratenis, perpetuus Beneficiatus Collegiæ S. Mariæ in Via lata.

Alexander Tiburtius Clericus Conjugatus à S. Pojo Sabinensis Diocesis.

Palutii Sabinen. de Aleriis.

Abbas Melchior de Polignac Clericus Ancienis,

Carolus de Serte Clericus Parisinus.

Carolus Regnault Laicus Rothomagensis,

Emanuelis Theodosii Albanen.

Bullionii Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum S. R. E. Cardinalium.

Severinus Lazarellus Presbyter à S. Severino in Piceno.

Ferdinandus de Valentibus Clericus à Trebia Spoletinæ Diocesis.

Carolus Salandra Laicus Romanus.

Francisci tit. S. Mariæ in Via Mالدالchini.

Abbas Joannes Cecius Clericus Abbatie Sablacensis nullius Diocesis, perpetuus Beneficiatus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe.

Antonius de Comitibus Clericus Camerinus.

Joannes Baptista Blancus Laicus Pisanus.

Caroli tit. S. Laurentii in Lucina Barberini.

Ludovicus Campolamperius Clericus Patavinus.

Carolus Franciscus Ignatius Hoffman Laicus Silesius Uratislaviensis.

Gregorii tit. Marci Barbadii.

Abbas Joseph de Annibaldensibus à Molaria Clericus Romanus.

Joseph Giacchius Presbyter à Monte Sicuro Anconitanæ Diocesis.

Flaminius Peregrinus Laicus de Polo Tiburtinæ Diocesis.

Joannis Nicolai tit. S. Mariæ Transpontinæ de Comitibus.

Paulus Lucatellus Archidiaconus Aquilejensis de S. Daniele Foro Julii.

Gaspar Minorellus Laicus Patavinus.

Joannis tit. SS. Viti, & Modesti Delphini.

Thomas Marchianus Presbyter Florentinus.

Bartholomæus Rocchus Laicus Bononiensis.

Nicolai tit. S. Callixti Acciajoli.

Alexander Bonaventura Presbyter Urbanensis, ejusdemque Metropolitanæ Ecclesiæ Præpositus.

Petrus Franciscus Giampè Clericus de Fabriano Camerinen. Diocesis.

Gasparis tit. S. Mariæ Translyberim de Carpinco.

Joseph de la Tremoille de Noirmontier Abbas B. Mariæ de Insula Dei Presbyter Parisinus.

Olivarius Cerninus Ninon de la Forest Clericus Choripiten.

Joannes de la Chaize Clericus Parisinus.

Cæsar SS. Trinitatis in Monte Pincio de Estrées.

Lucianus Borzon Clericus Parisinus.

Ludovicus Mandon Laicus Lemovicen.

Jacobus Prache Laicus Bellovacensis.

Petri tit. S. Eusebii Bonfi.

Abbas Paulus Farella Commendator S. Mauriti, & Lazari Presbyter Muranus.

Nuntius de Bavariis Clericus Triventinus

Jo. Baptista Bassius Laicus Romanus.

Fr. Vincentii tit. S. Xisti Urini.

Joseph Maria Franciscinus Presbyt. de Massa Firmana Dioc.

Jo. Jacobus Blattman Laicus de Zugh Constantinensis.

Barnabas Rafaldus Cleric. de Monte Apponum Firmana Diocesis.

Federici tit. S. Anastasiæ Columnæ.

Joannes Baptista Gagnus Presb. Forolivienis.

Joannes Nardier Laicus Burgundus.

Francisci tit. S. Matthæi in Merulana Nerlii.

Dominicus de Benedictis à Trebia Spoletana Diocesis, perpetuus Clericus Beneficiatus Insignis Collegiæ Ecclesiæ S. Laurentii in Damaso de Urbe.

Roggerius Selvaggius Clericus à Monte Caveoso Matheranæ Diocesis.

Hieronymi tit. S. Silvestri in capite Casanate.

Galeatius Campana Presbyter è Castro Parrani Urbevetanæ Dioc.

Joseph Ambrosius Laic. Romanus.

Galeatii tit. SS. Quirici, & Julitæ Marescoti.

Abb. Angelus Ferratinus Presb. Amerinus.

Gregorius Lucidus Presb. de Terra Staphily Auximana Diocesis.

Fabritii tit. S. Chrysogoni Spadæ.

Joannes Baptista Novellus Laicus Romanus.

Franciscus Leporus à Castro Pici Presbyter Aquinensis Diocesis, & Archipresbyter Collegiæ SS.

Petri, & Pauli Carmaniolæ.

Franciscus Cleyton Laicus è Darbia in Anglia.

Fr. Philippi Thomæ Hurvard tit. S. Mariæ super Minervam de Norfolcia.
 Antonius Pierfantes Clericus de Matelica Camerensis Diœcesis.
 Timotheus Augustinellus Laicus Perusinus.
 Jacobus Papaccinus Laicus Bononienfis.
 Joannis Baptista tit. S. Cæcilie Spinulæ.
 Franciscus Merenda à Lugano Presbyter Novomenfis Diœcesis.
 Sebastianus Perottus ab Ateste Laicus Patavinus.
 Francisci tit. S. Stephani in Monte Celio Bonvisii.
 Maphæus Capponius Laicus Florentinus.
 Deodatus Baroëtus Laicus Florentinus.
 Savi tit. S. Petri in Vincula Millini.
 Joannes de Gambis Clericus Ravennatenfis.
 Jacobus Franciscus Placentinus Presbyter Ticinensis.
 Franciscus Pezzanus Laicus Mediolanenfis.
 Federici tit. S. Alexi Vicecomitis.
 Joseph Fulchignonus Presbyter Romanus.
 Joseph Mellaius à Liburno Laicus Pisanus.
 Fr. Laurentius Brancati Basilicæ SS. XII. Apost. de Lauræa.
 Antonius Franciscus de Palmerinis Clericus Pisanus.
 Victorius Galiardus Presbyter Romanus.
 Joseph Tarus Laicus Mediolanenfis.
 Jacobi tit. S. Mariæ in Araceli de Angelis.
 Joannes Andreas Siliquinus Clericus Diœcesis Montis Alti.
 Joannes Georgius Henfel Laicus Saxo.
 Opirii tit. S. Martini in Montibus Pallavici.
 Carolus Joseph Massiminus Presbyter Diœcesis Montis Regalis in Pedemontio.
 Joseph Lopes Cler. Ulixiponenfis.
 Marcelli tit. S. Priscæ Duratii.
 Lucas Cornelius Presbyter Venetus.
 Victor Felix Concis Presbyter Tudortinus.
 Marci Antonii tit. S. Sufannæ Barbadici.
 Joannes Simon Franzonus Presbyter de Locarno Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Civitatis Comensis.
 Felix Antonius de Rubeis Laicus Fanensis.
 Caroli tit. S. Augustini Ciceri.
 Ignatius Christophorus Guarient à Rall, Austriacus Laicus Viennensis.
 Joannes Baptista Mariottus Clericus Romanus.
 Leopoldi tit. S. Hieronymi Illyricorum Kollonitz.
 Michael Antonius Baudrand Clericus Parisinus.
 Prior S. Martini de Roboribus in Carnorensi Diœcesi.
 Gaspar Magnon Presbyter Gratianopolitanus Canonicus Ecclesiæ Cathedralis ejusdem Civitatis Gratianopolitanæ. Stephani le Camus.
 Petrus Palatius Brixienfis.
 Joannes Ludgero Storff Clericus Monasterienfis.
 Joannes Franciscus Himber Silesius Laicus Olomuncensis Diœcesis.
 Joannis tit. S. Petri in Monte Aureo Goessen.
 Mutius Sinibaldus Clericus Auximanus.
 Blasius de Clementibus Laicus Spoletinus.
 Petri Matthæi tit. S. Marcelli Petrucci.
 Bernardus Blasquez Presbyter Corduben.
 Christophorus Pardus Zaragosa Presbyter Malacensis Diœcesis.
 Fr. Petri tit. S. Crucis in Hierusalem de Salazar.
 Jacobus Feuillard Presbyter Cenomanensis Diœcesis.
 Blasius Matthæinus Laicus Ariminenfis Diœcesis.
 Joannis Casimiri tit. S. Joannis ante Portam Latinam d'Enhoff.
 Joseph Ochoa Eques Ordinis S. Jacobi de Spata Laicus à Civitate S. Dominici Calaguritane Diœcesis.
 Bartholomæus Belinginus Clericus Montis Regalis in Pedemontio.
 Joseph Maria Peregrinus Clericus Bononienfis.

Fr. Joseph tit. S. Balbinæ de Aguirre.
 Antonius Honuphrius de Martinis Presbyter Romanus.
 Michael Maganzius Clericus Abbatie S. Hilarii nullius Diœcesis Provincia Ravennatenfis.
 Leandri tit. SS. Nerei & Achillei Colloredi.
 Vincentius Antonius Capoccus Presbyter Lycienfis Diœcesis.
 Joannes Franciscus Nicofia Clericus Hieracenfis Diœcesis.
 Dominicus Tartalionus Laicus Neapolitanus.
 Fortunati tit. SS. Joannis, & Pauli Carafæ.
 Antonius de Rubeis Presbyter Aquitanus.
 Dominicus Vafellus Laicus Pistorienfis Diœcesis.
 Bandini tit. S. Thomæ in Parione Panciatici.
 Antonius de Simeonibus à Meilapia Presbyter Brundisina Diœcesis.
 Franciscus Maria Massa Laicus Imolenfis Diœcesis.
 Jacobi tit. S. Marcellini, & Perri Cantelmi.
 Nicolaus Tardinus Presbyter Bononienfis.
 Vincentinus Bigordus Laicus Florentinus.
 Ferdinandi tit. S. Clementis de Abdua.
 Mathias de Charlan Clericus Diœcesis Burdegalenfis Abbas de Bonoloco, Canonicus Cathedralis Bellovacenfis.
 Carolus Ludovicus Noblet Laicus Parisinus.
 Natalius Mayeu Desnoyers Laicus Diœcesis Bajorcenfis.
 Tullani tit. S. Agnetis extrâ Moenia de Janfon de Fourbin.
 Solon Cambellus Clericus Conjugatus Spoletinus.
 Jacobus Baccarius Laicus Ariminenfis.
 Joannis Baptista tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Rubini.
 Abbas Paulus Æmilii Mondellus Presbyter Tranenfis.
 Dominicus Faldosius Laicus Florentinus.
 Francisci tit. S. Mariæ de Populo Judice.
 Humanus Micichellus à Farnesio Presbyter Aquæpendentis Diœcesis.
 Ifidorus Buccius à Zagarolo Prenestina Diœcesis.
 Joannis Baptista tit. S. Bernardi Costaguti, Presbyterorum S. R. E. Cardinalium.
 Joannes Baptista Martellus Clericus Firmanus.
 Joseph Venantius Laicus Spoletinus.
 Joannes Baptista Belletanus Laicus Venetus.
 Urbani S. Mariæ in Via lata Sacchetti.
 Franciscus Antonius Palutius Presbyter Sabinensis.
 Manutius Nicolinus Laicus de Capradolfo Abbatie S. Salvatoris Majoris nullius Diœcesis.
 Joannis Francisci S. Nicolai in Carcere Tulliano Ginetti.
 Joannes Palmegianus de Pinna Billorum Presbyter Feretrane Diœcesis.
 Afcianus Bartoccinus Clericus de Marsciano Perusina Diœcesis.
 Joseph Bisinus Clericus Romanus.
 Benedicti S. Agathæ Pamphili.
 Gregorius Mulcatellus Clericus Viterbienfis.
 Lucas Antonius Mafinus Laicus Florentinus.
 Dominici Mariæ S. Eustachii Curfii.
 Comes Cæsar Alexander Machirellus Presbyter Imolenfis.
 Dominicus Bergerius Laicus Romanus.
 Joannis Francisci S. Cæfarei Nigroni.
 Fr. Scipio Cigala Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani Clericus Messanenfis.
 Vincentius de Floribus Presbyter Civitatis Ducalis, ejusdem Cathedr. Ecclesiæ Præpositus.
 Franciscus Gajus Laicus Romanus.
 Fulvii SS. Cosmæ, & Damiani Aftalii.
 Marchio Alexander Capponius Clericus Conjugatus Florentinus.
 Petrus Andreas Forzonius Laicus Florentinus.
 Joseph Bonellus Clericus Camerinenfis.
 Francisci Mariæ S. Mariæ in Dominicâ Medices.
 Comes Banutius de Marschiano Presbyter Romanus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe.

Joseph Bultetus Clericus Regiensis.

Joannes Baptista Ferrarius Laicus Mutinensis.

Raynaldi S. Mariæ de Scala Estensis.

Julius Tassius Presbyter Regiensis Diœc. Canonicus Collegiatae S. Nicolai in Carcere Tulliano de Urbe.

Dominicus de Simonibus Laicus à Trebia Spoletinae Diœcesis.

Laurentius Metteler Laicus Pifaurensis.

Petri S. Laurentii in Damaso Ottoboni.

Dominicus Libanus Clericus Aësinus.

Natalis Ancaranus Laicus Faventinus.

Caroli S. Mariæ in Cosmedin Bichii.

Abbas Felix Nigronus Clericus Lanuens.

Matthæus Herculani Clericus Diœc. Montis Alti.

Joseph Renati S. Georgii Imperialis.

Jacobus Antonius de Pretis Presbyter Urbinas.

Franciscus de Magistris Laicus Romanus.

Aloysii S. Mariæ in Porticu Homodei.

Fabius de Abbatibus Oliverius Clericus Pifaurensis.

Christophorus Antonius Severus Clericus Feretranae Diœcesis.

Joannes Francisci S. Hadriani Albani.

Pompejus Tortius Clericus Hortanus.

Antonius Simonettus Laicus Romanus.

Francisci S. Angeli in Foro Piscium Barberini.

Marchio Joannes Baptista del Drago Laicus Romanus.

Thomas Lucarellus Laicus Romanus.

Laurentii S. Mariæ in Aquiro de Alteriis Diac. S. R. E. Card. nuncupat.

Abbas Joseph Zassontius Presbyter Senensis Canonici insignis Basilicæ S. Mariæ Translyberim de Urbe.

Alexander Petrillus Clericus Lucensis. Bon. mem. Julii tit. S. Praxedis Spinulæ nuncupati defuncti.

Leonardus Calamarius Presbyter Romanus Archipresbyter Collegiatae S. Luciae de Tinta de Urbe.

Eustachius Becanus Clericus Leodiensis.

Christophorus Alexandrinus Clericus Viterbiensis.

Bon. mem. Fr. Raymundi tit. S. Mariæ Angelorum Capisucchi nuncupati defuncti.

Et Paulinus de Bernardinis Ordinis Prædicatorum Lucensis, Confessarius.

Fr. Magister Felicianus Corellus de Fulgineo Ord. Eremitarum S. Augustini Subscrista.

Joseph Michael de Rubeis Clericus Senensis cum prædicto Reverendissimo Episcopo Porphyriensi Sacrista.

Petrus Orlandus Presbyter Romanus cum dicto Secretario S. Collegii.

Henricus Tillon Clivenfis Clericus Colonienfis Diœcesis cum eodem Secretario S. Collegii.

Abbas Ludovicus Piccinus Clericus Aësinus Custos Fontis, & Aquarum Conclavis.

Joannes Baptista Fossombronius Aretinus.

Angelus Modius de Cæsis Spoletinae Diœcesis. Medici Physici.

Marius Cecchinus de Licciana Sarzanensis Diœcesis Chirurgus.

Petrus Corfius Romanus Aromatorius.

Gregorius Moriconus Lucensis.

Paulus Matthæus ab Ereto Sabinensis Diœcesis, ejus Auxiliatores.

Gerardus Wolff Colonienfis.

Nicolaus Martinus Pistorienfis Barbitonfores.

Paulus Joseph Manuccius ab Aqua Sparta Tudertinae Diœcesis.

Paulus Bevilacqua à Moaticello Tyburtinae Diœcesis, eorum Auxiliatores.

Stephanus Baldus Faber Lignarius.

Galpar Rinaldus Faber Cæmentarius.

Antonius Nicolaus Ferrarius à S. Genesio Camerinenfis Diœcesis, Famulus Magistrorum Cæremoniarum.

Alexander Silvanus.

Ambrosius Rosarus.

Andræas Campus.

Andræas Fallarinus.

Angelus Messiconus.

Antonius Baroldus.

Antonius Crovellonus.

Antonius Sella.

Antonius Cantonus.

Bartholomæus Butius.

Bartholomæus Onginus.

Bernardinus Cambronus.

Carolus Marinus.

Dominicus Gionfius.

Donatus Augustinus.

Franciscus Catenaccius.

Franciscus Cairius.

Franciscus Gonella.

Jacobus Carrozza.

Jacobus Tonginus.

Jacobus Digiolus.

Jacobus Soliva.

Joannes Cordus.

Joannes Panesius.

Joannis Nobilis.

Joannes Antonius Bianchinus.

Joannes Baptista Blondus.

Joannes Baptista Ceccarellus.

Joannes Dominicus Zonus.

Joannes Jacobus Sonfia.

Joannes Maria Bergotus.

Martinus Vaninus.

Paulus Carpentius.

Raphael Ciampus.

Sanctus Martianus.

Thomas Mancinus, Scopatores Conclavis.

Constitutio moderatoria Donationum, & Distributionis reddituum Ecclesiasticorum in Conanguineos, vel Affines Romani Pontificis, seu eorum loco adlectos, ac præscribens cautelas servandas circa signaturas earum gratiarum, quæ aliquando ægrotante Romano Pontifice per concessum fieri dicuntur.

XXI.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romanum decet Pontificem, tanquam fidelem servum, & prudentem, quem constituit Dominus super familiam suam, in Ecclesiæ Catholicæ conspectu actum suum ita ordinare, ut ipse quidem in diebus suis placeat Deo, & inveniat iustus, fiatque forma gregis ex animo, & bonus sit Christi odor in omni loco; Cæteri vero Antistites, & Ecclesiarum Prælati in partem sollicitudinis, cujus ei commissa est plenitudo, vocati, alique Christifideles, quos caræ suæ divinitus creditos in visceribus paternæ gerit charitatis, ejus exemplo, atque præceptis caduta Mundi hujus despiciere, carnisque, & sanguinis laqueos effugere, ac de bonis, & rebus Ecclesiasticis juxta æquitatis, & justitiæ leges disponere, & spiritualium remigio alarum ad cælestia contendere, atque evolare auxiliante Domino condiscant. Hinc ad ea Sacrorum Canonum instituta, quæ Episcopis, ne bonis, & redditibus Ecclesiæ conanguineos suos augere studeant, interdicit, considerationis Nostræ aciem convertentes, etiam Nobis in suprema Beati Petri Apostolorum Principis, cui caro, & sanguis non revelavit, Sede constitutis ab ipso Pontificatus Nostri primordio servandam proposuimus, & hætenus Deo adjuvante servare studuimus disciplinam, ut in bonorum, & reddituum ad hanc Sanctam Sedem, & Cameram Nostram Apostolicam spectantium distributione

Ju-